



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 102. Magna hujus Pontificis consilia, ejusque obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. dentia inclarescebat, ut simul Nobiles,
 A.C. 1591. & populus, exterique Ministri penitus
 de ejus agendi ratione contenti essent:
 præterea non modo Pii V. Constitutio-
 nem de non alienandis Ecclesiæ bonis
 confirmabat, sed etiam novo, magis-
 que severo diplomate hoc interdictum
 extendebat, porro cum Cajetanus Car-
 dinalis pro Joanne Antonio Ursino ve-
 niām precaretur, atque ingentem pe-
 cuniæ summam offerret, Pontifex hæc
 in responsis dabat: „non peto pecuniam,
 sed obedientiam. „

§. CII.

*Magna hujus Pontificis consilia, ejus-
 que obitus.*

Ciat. l.c.
 Victorel
 pag. 240.

Hic idem Pontifex Anconnæ portum,
 ut expedita magis redderetur na-
 vigatio, expurgare, ac prope arcem
 sancti Angeli fossam, ut ab urbe Romana
 crebras Tyberis inundationes averte-
 ret, fodere proposuerat: insuper etiam
 populum Romanum a vectigalibus non
 ita pridem impositis liberare, infidelium
 conversioni infudare, hæreses extir-
 pare, suaque liberali manu Japonum
 Ecclesiam sub Principis ibi regnantis
 tyrannide gementem sublevare decre-
 verat: verum præmatura mors tot con-
 filiorum progressum intercepit; quippe
 per octo dies febri laborans die trigesi-
 ma

ma Decembris mortalitatem exuit, post- Sæcul. XVI.
A C. 1591.
 quam nonnisi unico bimestri divi Petri
 Cathedram moderatus erat: paucis ta-
 men ante obitum suum diebus duos
 creabat Cardinales, Philippum Segam
 Bononiensem origine Ravennatem, &
 Antonium Fachinettum ex Sorore sua
 Nepotem octodecim annorum juvenem:
 cum autem deficiente corporis vigore
 aliquamdiu ante mortem suam summo-
 pere languere cœpisset, ferme semper
 lecto affixus non raro adventantes ex-
 cipere cogebatur. Eadem die ejusdem
 cadaver a Canonicis ad Basilicam Divi
 Petri delatum ibidem per tres dies ex-
 positum erat, ubi postea Cardinales
 justis de more persolutis illud lateritio
 tumulo inter Marcelli II. & Urbani VII.
 Pontificum ossa condebant, inde vero
 paulopost ejus corpus translatum plum-
 beæ inclusum arcæ, & sarcophago mar-
 moreo munitum terræ mandatum est.
 Porro Sedes nonnisi unico Mense va-
 cabat.

§. CIII.

Antonii Caraffæ Cardinalis obitus.

Ante Innocentii IX. Papæ mortem *Ciac. vit.*
 quinque alii Cardinales eodem hoc *Pontif. t. 3.*
 anno naturæ debitum solvere cogeban- *pag. 1035.*
 tur, quos inter primus erat Antonius *Attichy flo-*
*Caraffa patria Neapolitanus ex Caraf- *Card. t. 3.**
saram pag. 503.